

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Pvblicvm testimonivm ab Academia Basiliensi, Ioanni Manlio datum, anno  
1563

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

## LIBER TERTIUS.

PUBLICVM TESTIMONIUM AB  
Academia Basiliensi, Ioanni Manlio  
datum, Anno 1563.

**N**OS Rector & quatuor ordinum  
Decani Academiæ Basiliensis, no-  
tum facimus omnibus literas pre-  
sentes perlecturis, quòd Ioannes  
Manlius liberalium artium Magister à nobis disce-  
dens, uitæ actæ, eo quo hic uixit tempore, studio-  
rumq; testimonium petiuit: ut quem admodum co-  
ram Deo, cordium actionumq; inspectore oculatis-  
simo, cōscientiæ bonitas responderet, ita (quod A-  
postolus in Christi seruo requirit) exterorum e-  
tiā apud eos quibus cum uitam esset deinceps actu-  
rus suffragijs nota melioris approbaretur. Quare  
cum eam petitionem honestam & æquam esse cen-  
suerimus, testificamur liquidè, cum nouem serè men-  
sibus apud nos egerit, ueri timoris Dei, pietatisq;  
signa conspicua in eo eluxisse: ut qui sincerà Chri-  
sti fidem professione oris, cultuq; sacro testatus sit,  
nullo infectus sinistro, cumq; fide Ecclesiarum quæ  
cum Augustana cōfessione sentiūt pugnāte dogma-  
te. Demde innocentia, integritateq; uitæ talem se  
præstitisse, ut esse magis quam uideri bonus uolue-  
rit.

rit: id quod de Aristide, Poeta testatur. De studijs nihil necessum multa dicere, ut quorum nomine ab inclyta Vuitebergensis Academie doctoribus & preceptoribus testimonium amplissimum retulit, & dati in publicum laborū sedulitatisq; ipsius fructus abunde probant. Conuersationem eius gratam habuimus, & piam eius uoluntatē Ecclesie studiūq; quantum in ipso est iuuādi laudamus: atque precamur, ad quoscunq; uenturus est, ut haud ignauum Dei organum, propter Dominum, favore suo complectantur, consilijs auxilijsq; iuuent.

Rogamus interea patrem eternum Domini nostri Iesu Christi, ut in his postremis difficilimisq; temporibus respicere Ecclesiam misericorditer dignetur, tempestatemq; exitium Ecclesijs et Rebus publicis minantem uerbo, quo perficit omnia, conspiciat: & largiatur pacem, sanctamq; in ipso uisam, quò incorrupta doctrina, piaq; studia exco coli, prouehi, adq; posteros lux ueritatis saluificae propagari queat: idemq; seruet, regat, & confirmet docentes & discentes, ad sui nominis gloriam. Valete. Dat. Basileæ, sexto Calend. Februariar: Anno salutis parte 1563.

PHILIPPVS MELANCHTHON  
omnibus has literas lecturis,

S. D.

Fuit nobiscum in Germania Dominus Michael

C 4 Aethiops